

Est autem bestia venenosa: et quoscunque momorderit pisces vel animalia alia, moriuntur: et cum aliquando per rethe piscatorum ad litus trahitur, subito foveam facit in harenis, ut abscondatur. Cinis autem ossium eius sanat dentium dolores.

27 40. | Delfinorum || in mari multa sunt genera. Hoc autem quod 5 frequentius videtur in mari, animal est nigrae pellis, caput habens breve et dentes in ore continuos sicut sunt molares dentes porci, et diligit homines: diligit etiam id quod est suae speciei, | ita quod pullis eius gregatim ambulantes duo custodes delfini magni ponuntur et si quid de sua specie mortuum fuerit, alii custodiunt ipsum: ne ab aliis 10 piscibus devoretur donec ipsum mare eiecerit. ||

In mari magno mediterraneo quod Ytaliam duobus tangit lateribus, piscatoribus ad piscandum ad mare euntibus delfinorum grex congregatus vadit cum eis et in mari per modum coronae cingunt pisces et coartant ad retia propellendo: ab Ytalicis enim delfinus non comeditur nec eum piscatores venantur, sed potius de captis piscibus 15 delfinis dant aliquam portionem: et hos delfinos Ytalicis tumberellos vocant eo quod tumbantes ante naves aquam evomunt.

Hoc animal tempestatis tempore de fundo fugiens ad superficiem, futuram nuntiat tempestatem. 20

| Est autem ut dicunt magnae aetatis, quod etiam compertum esse dicunt aliquem amputata cauda centum annis et amplius vixisse: sed post decem mensium tempus coit, et coitus eius est velox, eo quod testiculos et veretrum habet interius, et femina revorupinata sub mare per vulvam quae est sicut vulva balenae et mulieris accipit 25 semen.

28 | Hoc animal gaudet musicis, ita quod Arionem quemdam cithar- oedum qui cithara cantaverat in mare proiectum excipientes delfini impulerunt et detulerunt ad litus. Alio in tempore cum Cariae rex delfini quemdam magnum cepisset, multitudo magna delfinorum captum 30 ad litus prosecuta est delfinorum ad modum plangentium se habentium: quod Cariae rex videns, captum praecepit absolvi delfinum, quem coetus delfinorum quasi tripudio recipiens, abduxit a litore. Dicunt etiam quod cadens in mare si delfini carnes comestas in se habuerit, a delfinis devoratur si praesentes sint. Si autem non comederit carnes 35 delfini, etiam mortuus et necatus a delfinis revehitur ad litus. Sub Augusto principe dicunt puerum cibasse delfinum ita quod tandem de manu eius cibum sumpsit et tandem etiam dorso exceptum puerum per mare vexit quo voluit et revexit ad litus, et tandem cum mortuus puer in litore maris ut solebat non compareret, ex dolore ferunt mor- 40 tuum esse delfinum. Illi penitus simile fertur in mari civitatis Ypo-

5 Thom. VI (Jacob. 1104 et Solin. 7, 6 21 Erperim. 27 Plin. 9, 28 Erperim. 29 Plin. 9, 33 37 Plin. 9, 25 = Solin. 12, 7 41 Plin. 9, 26-27 = Solin. 12, 9-10) p. 1531, 2 Hermian [Vinc. 17, 109-113] v. ind.

nensis in Affrica accidisse, et iuxta eandem urbem non longe alium puerum Henanum nomine simile quid cum delfino perfecisse sicut in Persarum scribitur hystoriis. ||

In nostro autem mari Germaniae adiacenti, delfini capiuntur et 5 comeduntur, et ideo fugiunt homines.

| Est autem aliud delfinorum genus de quo narrant quod habet os in medio sui corporis et tantae est celeritatis quod nichil ipsum marinorum evaderet nisi quod capit praedam conversum ita quod ab inferiori os supra convertit, et tunc pisces fugere possunt: et hoc 10 genus odit pullos suos, ita quod masculus devoraret eos nisi femina eos occultaret: mater igitur occultat pullos et secum ducit usque ad completionem, et postquam completi sunt, ita eos odire incipit, quod cum mare devoraret eos si se viribus propriis non defenderent.

Aliud iterum delfinorum genus quidam dicunt esse in Nilo cri- 15 stata ad modum serrae habens dorsa spinis incidentibus: et hoc genus cocodrillis natantibus se supponit et ventres eorum molles crista dorsi incidit et cocodrillum perimit.

41. | Dies est piscis qui eodem die oritur et completur et mo- 29 ritur, et habet duos pedes et duas alas pinnales: quidam tamen dicunt quod diutius vivit ab ortu, sed dicunt quod post complementum non 20 vivit nisi die una. || ¶

42. | Dentrrix vel peagrus piscis est qui ex re nomen habet. Multos enim dentes habet et magnos quibus grassatur in ostrea. || Hunc 25 piscem moderni dentatum vocant et habet dentes ante superius et inferius aequales fere ad modum dentium hominis qui incisores vo- cantur dispositos, sed inferiorem mandibulam habet ex duobus ossibus compositam sicut et homo: et est piscis squamosus non magnus plus- 30 quam palmi habens quantitatem, et est in figura piscis qui monachus vocatur nisi quod caput non habet adeo spissum, et est latioris cor- poris aliquantulum et habundat in mari Apulico et Siciliae et iuxta Romam.

43. | Equus maris est animal marinum cuius antierius est in forma equi et posterius desinit in piscem, et est pugnax animal contra 35 multa marinorum et cibus ejus est pisces: sed hominem timet multum et extra aquam nichil potest: statim enim moritur ab aqua extractum.

44. | Equus Nili animal est aquaticum de natura et genere 30 cocodrillorum et crura enim et dentes habet sicut cocodrillus, sed sunt multo maiora. Est autem animal crudelissimum et hominibus occi-

18 Thom. VII (Arist. Z*et* 19 p. 552 b 20 ἐφύμερον) [Vinc. 17, 47].

22 Thom. VII (22 Isid. XII 6, 25) peagrus = pagrus (παγρος) Isid. XII 6, 22 [Vinc. 17, 47].

32 Thom. VI (32 cf. Isid. XII 6, 9 35 Arist. Z*et* 2 p. 589 a 27?) [Vinc. 17, 115].

36 Thom. VI (ut dicit Michael) [Vinc. 17, 115].